Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26337
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Ratione Prenesti digna evolvit; Danat ad hoc Divinum numen assensum precibus, atq; novum hospitem terris se missurum promittit, sed monet simul, ut dignum in terris tali anima hospitium paret. his exhilarata prenestis agit grates, promittit omnia, ac ad suos gratulabunda revertit. Decurrunt curiose sorores, et Lætum nuntium læta suscipiunt, Accinguntq; itaq; operi, et Nata Corpus, quam potest efformat perfectum et ubi omnes virtutes sua dona in id certatim evacuant, Concordia ligat animam Corpori. Fama deinde per orbem tantum Nati opus clamat, sec ecce! exhorret ad hoc Allecto, suos doles languere dolet; Megera Erinis, ceteraq; tartari turba furens, hominem hunc totuq; mundum suis ca-terris subducendum previdet. Bellum proinde movere decrevit, Miles Conscribit, omnes Plutonis Aves ad arma vocant; Discordia, Paupertas, Luctus, Venus, Avaritia, et tota vitiorum Colluvies contra novum hominem furibunda insurgit; sed Juvenis stat firmus, et plurimo virtutum presidio fultus levi brachio omnes insultus eludit, cogitq; victor Cohortem scelerum devictam in sua Regna redire. Scilicet Beatus ille vir, quem non Lascivia frangit, n̄ superat fastus, facinus n̄ inquinat et Pax Mundo restituta est, et ad Leges Naturæ ā virtutibus gubernatq; quæ jam in terris sua Castra locarunt.

In fine demum (Elogium libri, et proclaram Moralem apponit Engelbertus noster.)

Engelberti opusculum: De consilio vitae", sed versus finales desiderantur. Confer cod. Nr. 492.

E. Klee